ad quam super te decernendam et per Ministerialem publicandam citaris Iudicialiter sis responsurus. Datum in Curia Regia Bransensi feria Secunda post Festum Sancti Michaelis Archangeli proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo primo. Et post propositionem suam modo praemisso factam Pars Actorea deducendo parti citatae legitimo de Termino Statuit Ministerialem Generalem Regni Nobilem Benedictum Proszenski qui citationis praeinsertae Copiam Sigillatam ab 2na integra ante Terminum praesentem Septimana in bonis citati propriis posuisse et publicasse recognovit. Quo sic deducto Caeterisq. contentis propositionis suae Verificatis. petijt citatum ad procedendum compelli.

Woÿkowski **libertas**

In Causa infrascripta Iudiciaria mota et Vertente. Inter Instigatorem Iudicij Nostri et ipsius Delatorem Nobilem Dorotheam consortem relictam olim Nobilis Pauli Falkowski Actorem Et Nobilem Paulum Woÿkowski. ad bannendum et de Regno Poloniae Dominijsq. eidem annexis proscribendum citatum ex eo ob non admissam intromissionem per Ministerialem et Nobiles duos apud ips officiose affectatam Dijorum Actricis per lectorum in officio praesenti in causa ideo. Quia ipse in contrarium iurium et libertatum Regni quibus thelonea in Pallatinatu Podlachiae sunt sublata ausus est in via libera bonorum Zalesiewo siligineas casulas duas Valoris octo Florenorum polon in Vim cuiusdam iniusti et inusitati thelonei recipere et extorquere prout de facto recepit et extorsit per quod in poenam Bannitionis incidit. citatur autem ad decernendam super ipso et bonis eius omnibus poenam bannitionis decerni et per Ministerialem publicari. Citatione ipsa de his latiori Hodierno in Termino ex eadem citatione ad praesens legitime incidente et proveniente. Iudicium praesens Castrense Capitaneale Bransense contraversijs partium utrarumq. Actoreae per Nobilem Mathiam Falkowski filium suum citatae vero per se personaliter coram se iudicialiter factis exauditis et debite intellectis. teneri adesse delatorem ad promouendam causam suam in Puncto Banitionis censuit ex quo non comparet ideo citatum a termino praesenti liberum fecit et pronunciavit.

Inter Oporowski et Iankowska Coniuges **Motio**

In Causa et Actione iudicialiter Vertente inter Honestum Procopium Procopik Famulum Reverendi Laurentij Czarnaczki Plebani Boczkowensis cum eiusdem Domini sui authoritate Actorem et Generosos Ioannem olim Lucae Oporowski et Helenam Iankowska invicem Coniuges de Truski haeredes praesertim maritatae cum mariti ipsius assistentia citatos Ratione trium tanarum Siliginis mensurae Boczkowensis in via libera bonorum Truski dum praefatis famulus de Boczki ad Sena Brzescianka proficiscebatur in vim cuiusdam iniusti et inusitati thelonei receptionis, exindeq poenae Mille Marcarum polon Succumbentionis Citatione ipsa

85705

de his latiori. Hodierno in Termino ex Dilatione Plenipotenti partis Actoreæ ad producendam Plenipotentiam ipsi per Actorem factam concessa in modernos Terminos Querellarum legitime devoniente conservato. Partibus ipsis Utrisq Actorea per Nobilem Casimirum Kruszewski Plenipotentem inscriptum citata vero per Nobilt Benedictum Krzeynowski comparentibus et Terminum attentantibus ac mutuis controversijs inter se decertantibus. Quas neutra illarum excedens ultra triduum expediata ad acticandum non porrexit de quo ex parte officij Notanatus est protestatum. Judicium præsens Castrense Capitaneale Bransense controversijs earundem partium exauditis et debite intellectis eo attento quoniam Plenipotens Actoris satisfaciendo Dilationi sibi concessæ produxit plenipotentiam sibi servientem ideo posse ipsum causam præsentem promovere censuit et partibus causam prosequi mandavit. Tandem foro causæ adinvento procedere deinde competenti actione adinventa respondere, postmodum ensq abiudicat exceptionibus patenti directe respondere mandavit. nec appellationes ab eiusmodi Decretis seorsive prolatis per Plenipotentem Citatorum ad Tribunal Regni seorsive interpositas. ut in Causa privilegionata Theloneï admisit, de quibus non admissis contra Judicium et partem Actoream de prosequendis est protestatus Judicium vero se id non temere egisse sed vere mediante fecisse reprotestatus. Ad extremum Judicium hoc idem quoniam Plenipotens citati eisdem abiudicatis exceptionibus utitur. et nihil veridicum infert nec ad evasionem iuratoriam Principalem suum trahit, ideo decrevit ut citati siliginem controversam trium tunnarum mensuræ Bocznoviensis. pro qua conveniuntur. Actori in instanti reddant et restituant sub pœna in citatione Actoris expressa. Uerta pœna Trium Marcarum poss parti et officio præsenti totidem parti quidem sub maiori pœna quatuordecim Marcarum officio vero sub pœna Bannitionis quæ utrisq in casu non solutionis eiusmodi pœnarum super citatis et bonis eorum omnibus ex nunc decernuntur et Ministerialis quivis Generalis tum ad publicandam pœnam Bannitionis tum ad intromittendum Actorem in bona citatorum pœnis utrisq trium et Quatuordecim Marcarum correspondentia additur. A quo Decreto citatorum plenipotens ad Judicia ordinaria Generalia Tribunalis Regni Lublinensis appellavit cuius appellationem Judicium hoc idem admisit, Terminumq prosequendæ et continuandæ eiusmodi appellationis, in illis Judicijs Tribunalibus Regni Lublinensibus, ab actu præsenti in sex Septimanis aut dum ex Regestro causarum officij ad iudicandum legitime inciderit. parti utriq paratum et peremptorium conservavit. Ideo actam propositionem Actoris controversias partium decretum prolatum appellationem interpositam et causæ totius acta